



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

49 Diffidere viribus humanis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

stringi se modestè, quòd in aulicum iam vetera-  
num nihil beneficij contulisset, & subiecit: Nun-  
quam quidem sibi bene merendi voluntatem de-  
fuisse, sed principum dona non illorum esse propriè,  
qui ea merentur; sed quibus sint destinata fato. Et  
id re comprobaturum se dixit quàm primùm otij  
& quietis occasio tantisper daretur. Postea otij  
nactus Cæsar, pyxides duas parari iussit magni-  
tudinis & formæ eiusdem: in vnam aurum, in al-  
teram plumbum ponit pondere eodem, & mini-  
stro adiucato præcipit, vt alteram pyxidem deli-  
gat. Consternatur minister, librando modò hæc,  
modò alteram tollit, nesciens vtram potissimum  
debeat eligere. Tandem eam aufert, quæ plum-  
bum continebat. Quod vbi conspexit ille, iam  
reclusa pyxide, aiebat Cæsar, videri palàm, non  
suam voluntatem, sed ipsius infelicitatem obsti-  
tisse, quòd minus hæctenus beneficium sit conse-  
cutus. Prudenter cõsiderauit Cæsar, felicem suc-  
cessum rerum à Deo contingere. Vtinam eius iu-  
diciū omnes Magistratus imitarètur. *Carton lib.  
3. Chron. i. Vide in Mēsa Theol.-philos. ocū de Deo.*

## SIGNVM XLIX.

DIFFIDERE VIRIBVS HVMANIS.

*Diffidere**viribus hu-  
manis.*

**D** hoc signo pium ac doctum Tractatum scri-  
psit P. Franc. Arias, nos illud quinq; duntaxat  
illustrabimus exemplis. 1. *Rex amasias* bellū ge-  
sturus contra Idumæos, cū supra trecenta mil-  
lia suorum, de Israël alia centum millia armato-  
rum conduxisset, venit ad eum Propheta à Deo  
missus, & dixit: *O Rex, ne egrediatur tecum exer-  
citus Israël. Si putas in robore exercitus bella con-  
sistere,*

T 4



*sistere, superari te faciet Deus ab hostibus. Deum enim est adiuuare, & in fugam conuertere. His verbis quia Rex paruit, & copias Israëlitas dimisit, victoriam, decem millibus Idumæorum captis, obtinuit: quam certè non obtinisset, si nobis copiarum suarum confusus, & non Dei inopiam perrexisset. (2. Par. 25. Vide Pron. 12. 20. Iud. 20.) Rectè igitur ait S. Augustinus ad Gemitem Bonifacium: Nihil de viribus proprijs sumas, de auctore gloriare virtutum, & nullum rabis penitus inimicum.*

2. Refert Esaias (c. 22.) ingentem infidelium exercitum, (creditur fuisse Nabuchodonosor Regis,) ad oppugnandam Hierosolymam factum coactum, & Hierosolymitanos, sub Sedechia Rege, etsi se strenuè defenderint, in manus eorum hostium esse traditos: quia, inquit, lacum fecerunt &c. & non suspexistis ad eum, qui fecerat aquas, & operatorem eius (Deum) de longe non vocastis (ad preces, vel Dei auxilium non confugistis).

2. Par. 31. Quando verò Sennacherib cum potentissimis

Affyriorum copijs Regem obledit Ezechiam

Ezechias obturasset cunctos fontes extra muros

ne hostibus suppeteret aqua, refecisset muros,

struxisset turre, ac vniuersi generis armaturarum

& clypeos instaurasset, nec tamen omnis bæc industria

satis esset ad sustinendam vim hostium: Deus,

quod deerat, diuinitus suppleuit: misit enim

in subsidium Angelum vnicum, qui vniuersos

de centum octoginta millia hostium e medio

stulit. Cur Deus non eadem ratione succurreret

Sedechia, cum ijsdem medijs, quibus Ezechias

sui defensionem, fuerit usus? Quia Sedechias

inane fiduciam in viribus posuit humanis: Ezechias

in Deo.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.

Dei.



ghias verò, vtpriù animaduertit, in quanto  
 discrimine esset Hierosolyma, cõtulit se ad tem-  
 plum, cilicio indutus, preces Esaiæ Prophetæ pro  
 se postulauit, populùmque vnuersum ad oratio-  
 nem inuitauit, & hortatus est, vt fiduciam suam  
 in Deum conijcerent, dicens: *Cum rege Assyrio-  
 rum est brachium carneum, nobiscum Dominus  
 Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnabit pro  
 nobis.* Ierem. 17. *Maledictus, qui ponit carnem bra-  
 chium suum.* Psalm. 19. *Hi in curribus, &c.*

3. Quia *Asa Rex Iudæ* (2. Par. 14. & 16.) in Deum,  
 cui mente integrâ adhaerebat, magna erat pieta-  
 te, eam religionem Deus multorum annorum  
 pace (constrictis veluti hostium manibus) com-  
 pensauit. Cum autem *Aethiopum Rex Zara*, coa-  
 cto decies centum millium hominum exercitu  
 regni illius fines esset ingressus, Asa ad Deum cõ-  
 uersus, tantæ multitudini preces opposuit, & Deo  
 precationem exaudiente, propitioque, territos,  
 & fugientes *Aethiopes* parua militum manu ad  
 interuentionem deleuit, reportatis optimis spo-  
 lijs, euersisq; eorum urbibus: quia Domino ca-  
 dente conterriti sunt, & exercitu illius praliante.  
 Cessit feliciter hæc *Asæ Regis* expeditio, quia  
 Deo fretus, in quo spem reposuerat, cum aduer-  
 sario acie conflixit. Sed non fuit idem alterius  
 euentus, quando, posthabito Deo, ad humana  
 consilia confugit. Nam ecce mouerat bellum *Ba-  
 asa Rex Israël*, percussio cum *Benadab Rege Sy-  
 riæ* foedere, eoq; in belli societatem ascito, ex-  
 timuit *Asa*, veritusq; ne coniunctis duorum  
 Regum copijs, solus exiguo exercitu resistere nõ  
 posset (oblitus interim quàm parua manu Regẽ  
*Aethiopiæ* debellasset) de explorata diuini Na-



minis in se benignitate ad euanidas politici-  
 bus rationes confugit, coepitque id consilij, ve-  
 rempta per astum Regis Syriae Benadab cum  
 Asa Israelis Regis societate, illum in suas parti-  
 culari foedere transferret. Quod ut facilius con-  
 queretur, vim magnam auri & argenti mitem-  
 censuit. Cumque in tot sumptus eius facultate  
 eis non essent, in templi thesauros manus in-  
 Allectus itaque hisce donis & captus Rex Sy-  
 fracto cum Rege Israelis ante pacto foedere,  
 scissisque amicitijs, in illum arma conuertit.  
 Regi succurrit, Asa, inquam, exultanti, quod  
 pulsato, quod exhorruerat, periculo) tam  
 ter ab humana prudentia tractu consilium  
 fet, ab alienatione quadam distractis confede-  
 toru hostium animis, partaque noua societate  
 liori quiete. At Dominus, qui corda intuetur,  
 in se spes nostras vult reponi, Hanania Prophe-  
 tam ad Regem Asam misit, qui renuntiaret, eo  
 non in Deo, sed in Rege Syriae infideli spe  
 locasset, erepta ei e manibus summam victo-  
 quam Domino concedente de Syriae Rege  
 tasset, futurum enim, nisi foedus cum eo in-  
 Regi Israelis ferens opem in Regem Asam  
 tum duceret & fulus profligatusque; non minus  
 ceretur quam Rex Aethiopum, cuius exercitus  
 robore nec numero aequabat, subiunxitque  
 pheta: *Oculi enim Domini contemplantur  
 sam terram, & praebent fortitudinem his, qui  
 perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, &  
 pter hoc ex praesenti tempore aduersum te bellum  
 surgent.* Quae verba Spiritus sancti afflatu  
 lit, ut discamus consiliu, quod ex Deo capitur  
 minus vtiliusque; esse ijs omnibus consulationibus



quæ ab humana politici status ratione ducuntur, Neq; enim fuit Regis Aſæ culpa, quòd aduerſus hoſtem externa auxilia euocârit; ſed quòd ab idololatra & Dei hoſte ſubſidium poſtulauerit, illius viribus plus quàm Dei potentia fiderit, cum eo foedus inierit, & ad eum in ſuas partes pertrahendum, theſauris, quos prophano Principi offerret, Templum Dei ſanctum ſpoliauerit.

4. *Ephraim*, hoc eſt decem Tribus, neglecta ope & fiducia diuina, foedus inijt cum Aſſyrijs & Aegyptijs: *Iudicium ergo Domini*, ait Propheta *Oleas c. 12. cum Iuda, & viſitabo ſuper Iacob, iuxta vias eius, &c. reddet ei.*

5. Cum *Franciſcus I. & Henricus II.* eius filius, Gallia Reges, atrox & funeſtũ bellum aduerſus Carolũ V. Hiſpan. Regẽ gererẽt, humana potius, quàm diuina prudentia in conſilium vocata, ille Turca foedere ſibi adiuncto, inſtructiſſima perfidi hoſtis claſſe maritimas oras Carolo parentes excuſionibus infeſtauit: hic admiſſos in belli ſocietate Germanos Principes (quos Proteſtantes vocant) in eundẽ conatu & animis armauit. Quis autem ex his foederibus fructus? Nullus, præter dedecus & publicam offenſionem. Nam Turcica claſſis, exiguo admodũ detrimento rebus Caroli illato, tractum Gallia circa Toloni Martij portum, in quo in hybernis egit, indignis modis igni ferroq; depopulata eſt, viresq; & portus Gallorum explorauit, vt incidente occaſione Gallias ſecurius aggrediatur. Principes verò Germania hæreſi infecti, qui per ſummum nefas defece- rant, bonis nuleati, & plurimis incommodis affecti, manus Imperatoris ſui victrices vindiceſque lenſerunt,